¶ De confidencia.

Moyſes confidenter arguebat pharaonem. Exodi. iiij. Et in ſimilibus ſequētib9 alijs. Confidenter ꝛ etiā reuerēter arguit nathā ꝓphetā dauid regē poſt adulriū. ij. Regū. xij.

¶ Dixit helias ad achab non ego ꝑturbaui iſrł ſed tu et domus patris tui et fecit. cccc. ꝓphetas baal occidi. iij. Regū. xviij.

¶ Helias dixit ochoſie regi iſrł ſup lectū quē aſcendiſti nō deſcēdes eo ꝙ ɔ̄ſuluiſti deos alienos. iiij. Regū. i.

¶ Spiritus dn̄i induit zachariā filium ioiade et ſtetit in ɔ̄ſpectu populi dicens quare trāſgredimini ꝑceptū domini ꝙ vobis non proderit. ij. Parali. xxiiij.

Mardocheus cū ɔ̄fidēcia magnā dixit heſter regine ne putes ꝙ aīaʒ tuā tantum liberabis quia i domo regis es pre cunctis homimb9 iudeis. Heſter. iiij.

¶ Cum dicerent ſocij iude ad eum vt liberaret animā ſuā quia hoſtes erāt mlti ipſi autē pauci. reſpondit iudas abſit ꝙ fugiam9 ꝛ ſi appropinquauit tēp9 noſtrū moriamur in vtute. i. Machabeorū. ix.

¶ Paul9 apł's pn̄te ꝓcōſule elimā magū duriſſime increpauit. Actu. xiij.

¶ De ɔ̄paſſione et pietate.

Compaſſus populo dauid petiuit ab angelo parci illorū loco. ij. Regū. xxiiij. Helias mulieri vidue ɔ̄paciens filium eius mortuū reſuſcitauit. iij. Regum. xvij.

¶ Elizeus mulieri vidue et obligate ɔ̄paſſus oleum eius augmentauit. iiij. Regum. iiij.

¶ Audiēs neemias miſerabilē ſtatū ciuitatis iheruſalē fleuit dieb9 mltis et tandē adhibuit auxiliū optimū vt patet. Neemie. i.

¶ Dum regnaret ſennacherib ꝛ filios iſrł exoſos haberet thobias pgebat quotidie per omnē cognacōem ſuam et conſolabatur eos eſurientes alebat nudis veſtimēta prebebat mortuos ꝛ occiſos ſollicite ſepeliebat. Thobie. i.

¶ Magnā habebat iob ɔ̄paſſionē ꝗ dicebat auris audiēs beatificabat me eo ꝙ pauperē liberaſſeʒ ꝛ pupillū cui nō erat adiutor benedictio peritur venie bat ſup me et cor vidue ɔ̄ſolat9 ſum. Iob. xxix.

¶ Heſter regina populo ſuo ɔ̄paciēs ieiunio ſe affixit ꝛ ad regē ɔ̄tra ſtatutū intrauit. Heſter. v.

¶ Cum reuelaſſet dn̄s ezechie peccā populi iſrahel et penas quas paſſuri erāt ex ɔ̄paſſiōe amaritudine fuit et triſtis vt patet. Eze. xxiij.

¶ Contra nolētes pro penis ɔ̄pati īducit dn̄s parabolā de ſeruo nequā. Mathei. xviij.

¶ Ad hoc autē ꝙ homo proximo ɔ̄paciatur et miſereatur multū iuuat memoria iudicij vbi de operib9 miſericordie mencio fiet ſpecialis. Mathei. xxv.

¶ Iudicium ſine miſericordia fiet ei qui nō facit miſericordiam vt patet. Iacobi. ij.

¶ Paulus tanta anxietate fratrib9 ſuis et cognatis compaciebatur ꝙ ipſe dicebat triſticia eſt magna ꝛ ɔ̄tinu9 dolor cordi meo. optabam et ipſe anathema a xp̄o pro fratrib9

meis qui cognati mei ſunt ſm carnē Romanorū.ix.

¶ Item ad galathas.iiij. filioli mei quos iterū parturio.

¶ De conſilio bono.

Angeli loth dederūt bonum conſilium vt de ſodomis exiret et generos educeret poſt tergum non reſpiceret ſed in monte ſe abſcōderet qui generos ꝛ qui filias eius erant accepturi educere voluit et ipſi noluerunt et ideo cū ſodomitis perierunt vxor eius reſpiciens retrouerſa ē in ſtatuā ſalis ipe loth quia nō ſtatim ſecundū conſiliū angeli in montē aſcendit cum ꝓprijs filiabus peccauit. Geneſis.xix.

¶ Ruben bonū conſilium fratribus dedit vt ioſeph patri ſuo redderent ſed illi nō acquieuerūt. Ge.xxxvij.

¶ Roboam filius ſalomonis noluit conſilio ſenum obedire ſed cōſilio iuuenum ideo magnam partem populi amiſit.iij. Regū.xij.

¶ Sanū conſilium dedit achior holoferni qḋ ille contempſit et poſt paululum occaſus inuenitur. Judith.v.

¶ Conſiliū bonū placeat tibi ꝛ peccata tua elemoſinis redime dixit dominus per danielem ad nabuchodonoſor qui non acquieuit et in beſtiā mutatus ē. Danielis.iiij.

¶ De conſilio malo.

Eua dedit viro ſuo de ligno vetito q̄ſi cōſulendo vel ſuadendo ꝙ comederet. Ge.ij.

¶ Balaā docuit balach quomodo ꝑ mulieres poſſꝫ filios iſrahel ad peccatum trahere et ſic eos cōtra dñm prouocare. Numeri.xxiiij.

¶ Filij amon male conſuluerūt regi ſuo vt dehoneſtaret nuncios dauid ij. Regum.x.

¶ Jonadab nepos dauid malū conſilium dedit amon vt ſororem ſuam deflorare.ij. Regū.xiij.

¶ Malū cōſiliū dedit achitofel abſolon.ij. Regū.xv.

¶ Uxor Job ſtultū conſilium ſibi dedit ſed ipſe nō acquieuit. Job.ij.

¶ Sapiētes conſiliarij pharaonis dederūt ei conſiliū inſipiens yſaie.xix.

¶ Iniquū conſilium dedit herodias filie ſue. Math.xiiij. ꝛ Marc.vi.

¶ Nota in actib9 ꝙ mala cōſilia data ſunt contra paulum.

¶ De conſolacione.

Poſtq̄ abraham ād mandatū dñi de terra ſua egreſſus ē ipe omnipotens dñs multis reuelacionibus ipſum conſolatus eſt Geneſis.xij.xiij.xvij.xviij.

¶ Fugientī iacob a facie patris et ſup lapidem dormienti conſolacionē magnā tribuit. Geneſis.xxviij.

¶ Apparuit dñs moyſi exulanti et oues ſoceri paſcenti. Exo.iij.

¶ Filijs iſrahel pluit manna ī deſerto. Exodi.xvi.

¶ Itē carnes et aquam miraculoſe eis tribuit. Exo.xvij. Nu.xi.

¶ Dixit dñs Joſue nō dimittam nec relinquam te confortare ꝛ eſto robuſtus. Joſue.i.

¶ Precepit domin9 coruis vt bis in die panē et carnes portarent helye iij. Regum.xvij.

¶ Itē poſtea miſit ei fugienti a facie ieſabel angelū ſuum de deſerto.

¶ Efficaciter conſolatus eſt dñs ezechiam per prophetam ſuum et per

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf